

1. 728 C

RECUEIL

DE


VOYAGES ET DE MÉMOIRES,

PUBLIÉ

PAR LA SOCIÉTÉ DE GÉOGRAPHIE.

TOME QUATRIÈME.

DEUXIÈME PARTIE.



PARIS,

CHEZ ARTHUS-BERTRAND, LIBRAIRE DE LA SOCIÉTÉ,
RUE HAUTEFEUILLE, N° 23.

M DCCC XXXIX.

1113-17220

PROCEEDINGS OF THE BOARD OF

REGENTS OF THE UNIVERSITY OF

THE STATE OF CALIFORNIA



1900-1901

RELATION DE JEAN DU PLAN DE CARPIN.

FAC - SIMILE DE MANUSCRITS.

Ms. de Pétan.

Incipit hystoria mongalorum quos nos tartaros appellamus.
Emnibz fidelibz ad quos pns scriptum puenit frs Johs de plano carpin
 ordinis scti minor sedis aplice mitius ad tartaros et ad nationes alias
 orientis. de gra in pnti. et gloriā in futuro. et de iunioris dei et dñi nri
 ihu xpi victoriam triumphalem. *Explicit salutatio. incipit prologus.*
Quoniam ex mandato sedis aplice irem⁹ ad tartaros et ad nationes alias orientis
 et sciremus dñi pp. ac uenabiliū cardinaliū nobilitatē elegnu⁹ prius ad tarta
 ros pfecti. timebam⁹ enī ne peos i pxiō ecclie dei pichū. nūmēq. Et qm̄ a
 tartaris ul' alijs natiōibz cūtemus occidi ul' ppetuo captuari. ul' fame siti.
 algore. estu. gennelus et laboribz unius qñ ultra uires affligi. que omnia mul
 to pluriū pns credidimus excepta morte ul' captiuitate ppetua nob multa
 phat euenirent. Non tam ppetu⁹ nob ipis. ut uoluntatē dei scdm dñi pp ma
 datum adimplere posseni⁹.

Ms. de Colbert.

Si fortitudo Regis tartar
 Chingiscan om̄i uir ad
 hominū ipator magno pp dñm
 lras certissimas atqz ueras pp
 cōsilio hūo pro pace hūda nob
 ai tu. et cūcti ppli xani qui
 in occidente consistūt nobis
 cui mīcū cūmīssim. Quā
 siue ab ipō audiuim⁹ et ut in
 eius lris hēbatu⁹ q pacem
 uelletis hēre nob ai. Igitē si pa
 cem desidatis hēre nob ai tu
 pp. Impatores Reges omēs
 cūctiqz potentes amicitū

solos uos xpianos esse
 edictis et alios cōtēpnitis. Sz
 quomō latīs cui grām suam cō
 ferre dignetur. Nos dñi adu
 rariis et in fortitudine xpianis
 ab oriente usqz in occidentem
 debent omēm terram. q si hō
 fortitudo dei nō esset. hoies
 quid facē potuissent. *Ep̄la*
frs Johis de plano carpin x
Omibz xpi fidelibz fidelibz uiuētis.
 ad quos pns scriptū per
 uenit frs Johes de plano
 carpin ordinis scti minorū
 sedis aplice mitius

JOHANNIS DE PLANO CARPINI

ANTIVARIENSIS ARCHIEPISCOPI

HISTORIA MONGALORUM

QUOS NOS

TARTAROS

APPELLAMUS.



INCIPIT HISTORIA MONGALORUM QUOS NOS TARTAROS APPELLAMUS ¹.

Omnibus Christi ² fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, frater Johannes de Plano Carpini ordinis fratrum minorum, Sedis apostolicæ legatus ³, nuncius ad Tartaros et ad nationes alias

¹ C'est ainsi que commence la Relation de Jean du Plan de Carpin dans le ms. de Pétau; celui de Colbert porte ici *Epistola fratris Johannis de Plano Carpini Christi fidelibus uaiuersis*; on trouve dans les trois autres mss. *Incipit prologus in librum Tatarorum* (ms. de Londres) ou *Tartarorum* (mss. de Lumley et de Dupuy).

² Le mot *Christi*, qui se trouve dans les mss. de Colbert, de Lumley, de Londres, et de Dupuy, manque dans celui de Pétau, et à ce qu'il paraît aussi dans le n° 61 du Bennet college de Cambridge.

³ Le mot *legatus* manque dans le ms. de Pétau et dans celui de Colbert.

orientis, Dei gratiam in præsentī, et gloriam in futuro, et de inimicis Dei et Domini nostri Jesu-Christi victoriam triumphalem ¹

EXPLICIT SALUTATIO, INCIPIT PROLOGUS ².

I. Cūm ex mandato Sedis apostolicæ iremus ad Tartaros et ad ³ nationes alias orientis, et sciremus Domini Papæ ac ⁴ venerabilium Cardinalium voluntatem, elegimus prius ad Tartaros proficisci. Timebamus enim ne per eos in proximo Ecclesiæ Dei periculum immineret. Et quamvis a Tartaris vel ⁵ ab aliis nationibus timeremus occidi, vel perpetuò captivari, vel fame, siti, algore, æstu, contumeliis ⁶ et laboribus nimis, et ⁷ quasi ultrà vires affligi, quæ omnia multò plus quàm prius crediderimus ⁸, exceptà morte vel captivitate perpetuâ, nobis multipliciter evenerunt; non tamen pepercimus nobis ipsis, ut voluntatem Dei secundùm ⁹ Domini Papæ mandatum adimplere possemus, et ut proficeremus in aliquo christianis, vel ¹⁰ saltem scitâ veraciter voluntate et intentione ipsorum, possemus illam patefacere Christianis, ne fortè subito irruentes invenirent

¹ Les mss. de Lumley, de Londres et de Dupuy disent seulement : *et de inimicis suis gloriam triumphalem*. Le mot *Dei* manque dans le ms. de Colbert.

² Ceci ne se trouve que dans le ms. de Pétau.

³ *Ad* n'est que dans les mss. de Pétau et de Colbert.

⁴ *Ac* dans les mss. de Pétau et de Colbert, *et* dans les autres.

⁵ *Vel ab* dans le ms. de Colbert; *vel* dans celui de Pétau; *et ab* dans celui de Londres; *et* dans les deux autres.

⁶ Les mss. de Lumley, de Londres et de Dupuy portent *contumeliâ*.

⁷ *Et* manque ici dans le ms. de Colbert.

⁸ *Credidimus* dans les mss. de Lumley, de Dupuy, et de Londres.

⁹ *Et* au lieu de *secundum* dans le ms. de Colbert.

¹⁰ *Vel* dans le ms. de Pétau; *ut* dans les quatre autres. *Saltem*, . *veraciter* manquent dans celui de Colbert.

eos impreparatos ¹, sicut peccatis hominum exigentibus aliâ vice contigit : et facerent ² magnam stragem in populo christiano.

II. Undè quæcumque pro vestrà utilitate vobis scribimus ad cautelam , tantò securiùs credere debetis , quantò nos cuncta vel ipsi vidimus oculis nostris, qui per annum et quatuor menses et ampliùs ambulavimus ³ per ipsos pariter ⁴ et cum ipsis, ac fuimus inter eos, vel audivimus a christianis qui sunt inter eos capti ⁵, et ut credimus fide dignis. Mandatum enim ⁶ a summo ⁷ pontifice habebamus, ut ⁸ cuncta perscrutaremur et videremus omnia diligenter. Quod tam nos quàm frater Benedictus Polonus ⁹ ejusdem ordinis, qui nostræ tribulationis fuit socius et interpres , fecimus studiosè.

III. Sed si aliqua scribimus propter noticiam legentium quæ in partibus vestris nesciuntur, non debetis propter hoc nos appellare mendaces qui vobis referimus illa ¹⁰ quæ ipsi vidimus vel ab aliis pro certo audivimus quos esse credimus fide dignos. Imò est valdè crudele ut homo propter bonum quod facit ab aliis infametur ¹¹.

¹ *Imparatos* dans les mss. de Lumley, de Londres, et de Dupuy.

² *Fecerunt* dans les trois mss. cités.

³ *Ambulavimus* manque dans les mss. de Pétau et de Colbert.

⁴ *Pariter* n'est que dans les mss. de Pétau et de Colbert.

⁵ Le ms. de Pétau porte *capti*, les autres *captivi*.

⁶ Les mss. de Lumley et de Dupuy portent *etiam*.

⁷ *Summo* dans les mss. de Pétau et de Colbert, *supremo* dans les trois autres.

⁸ Au lieu de *ut*, le ms. de Pétau donne *et*.

⁹ Le mot *Polonus* ne se trouve que dans le ms. de Pétau.

¹⁰ Le ms. de Pétau écrit ici *alia*.

¹¹ Ce paragraphe tout entier manque dans les mss. autres que celui de Pétau.

Divisio libelli per capitula ¹.

Volentes igitur facta scribere Tartarorum ², ut lectores valeant facilius invenire, hoc modo per capitula describemus : primo quidem dicemus de terrâ; secundo de hominibus; tertio de ritu; quarto de moribus; quinto de ³ ipsorum imperio; sexto de bellis; septimo de terris quas eorum dominio subjugârunt⁴; octavo quomodò in ⁵ bello occurratur eisdem; ultimo de viâ quam fecimus et curiâ Imperatoris et testibus qui in terrâ Tartarorum nos invenerunt ⁶.

CAPITULUM PRIMUM ⁷.

DE TERRÆ TARTARORUM SITU, ET QUALITATE IPSIUS, ET DISPOSITIONE AERIS IN
EADEM ⁸.

De terra proposuimus ⁹ hoc modo tractare : in principio quidem

¹ Titre suppléé par nous-même, pour mieux faire ressortir cette espèce de table des chapitres, qui dans les cinq mss. est placée peu convenablement après l'intitulé du premier chapitre.

² Dans le ms. de Londres on lit *Tatarorum*; *Tartarorum* dans tous les autres.

³ *De* manque dans le ms. de Dupuy.

⁴ Le ms. de Lumley porte *subjugaverunt*; tous les autres *subjugarunt*.

⁵ *Ita* n'est que dans le manuscrit de Pétau.

⁶ Ce dernier titre de chapitre n'est donné que par le ms. de Pétau.

⁷ Le numérotage des chapitres, ainsi placé par nous en vedette, est seulement indiqué dans les mss. de Lumley et de Dupuy après l'intitulé. Qu'il nous suffise d'en avoir averti une fois pour toutes.

⁸ C'est la leçon du ms. de Pétau; celui de Colbert porte *De ritu Tartarorum, terra et situ ipsius, qualitate et dispositione aeris in eadem*; les trois autres donnent uniformément *De terra Tartarorum, situ, qualitate et dispositione aeris in eadem*. Nous avons déjà annoté que dans les cinq mss. cet intitulé vient immédiatement après le prologue. — Ce premier chapitre répond, dans le XXXII^e livre du *Speculum historiale* qui renferme l'abrégé de Vincent de Beauvais, au chapitre III, *De situ et qualitate terræ Tartarorum*.

⁹ *Proposuimus* dans les mss. de Pétau et de Colbert; *possumus* dans les trois autres.

dicemus de situ ipsius; secundò de qualitate; tertio de dispositione¹ aeris in eadem.

§ I. *De situ terræ*².

Terra quidem³ prædicta est in eâ parte posita orientis in quâ oriens sicut credimus conjungitur aquiloni. Ab oriente autem est terra posita Kitaorum⁴ et etiâ Solangorum⁵, a meridie terra⁶ Sarracenorum; inter occidentem et meridiem terra est posita Huiurorum⁷, ab occidente provincia Naimanorum⁸; ab aquilone mari oceano circumdatur. Hæc verò in parte aliquâ nimirum⁹ est montuosa, et in aliquâ est campestris, sed ferè tota est admixta glareâ¹⁰, plurimum arenosa.

¹ *Ipsius* se trouve répété ici par erreur dans le ms. de Pétau.

² Le ms. de Colbert porte en rouge, dans ses marges, l'intitulé des sections ou paragraphes, mais sans numérotage : aucun des autres mss. ne fournit de semblables rubriques. Celle que nous donnons ici est conforme à celle du ms. ci-dessus indiqué, où elle répond au même endroit du texte.

³ *Quidem* dans le ms. de Pétau; *verò* dans les autres.

⁴ *Quitaorum* dans le ms. de Pétau; *Kytaorum* dans celui de Colbert; *Kyjaorum* dans celui de Londres; *Kyrajorum* dans ceux de Lumley et de Dupuy.

⁵ *Salangorum* dans le ms. de Pétau; *Sclangorum* dans celui de Londres; *Solangorum* dans ceux de Lumley, de Dupuy, et de Colbert.

⁶ *Terra* dans le ms. de Pétau; *terræ* dans celui de Colbert; *sunt terræ* dans les trois autres.

⁷ Les mots *terra est posita* ne sont que dans les mss. de Pétau et de Colbert avec la leçon *Huiurorum* dans le premier; le ms. de Londres porte *Huyjorum*; ceux de Lumley et de Dupuy *Huyrorum*.

⁸ *Naimanorum* dans le ms. de Pétau; *naymanorum* dans les autres.

⁹ *Nimirum* dans le ms. de Pétau, *nimum* dans les quatre autres.

¹⁰ Nous suivons ici la leçon des mss. de Pétau et de Colbert; ceux de Lumley et de Dupuy disent : *sed fere tota admixta* (Dupuy *amixta*) *glarea, raro argillosa, plurimum est arenosa*. Le ms. de Londres ne porte, comme celui de Pétau, que *glarea* dans le texte, et au-dessus, d'une autre main, *id est argillosa*.

§ IV. *De testibus qui in terrâ Tartarorum nos invenerunt* ¹.

1. Et ne aliqua dubitatio quin fuerimus ad Tartaros apud aliquos oriatur, nomina illorum scribimus qui ibidem nos invenerunt. Rex ² Daniel Ruscîæ, cum omnibus militibus et hominibus scilicet qui venerant secum, nos ³ invenerunt propè stationes Cartan ⁴ qui habet sororem Bati in uxorem ⁵; apud Corenzam invenimus Mongrot, centurionem ⁶ Kioviæ, et socios ejus, qui et nos per quandam partem viæ duxerunt : et isti prius nos venerant usquè ad Bati. Apud Bati invenimus filium ducis Ieroslai ⁷ qui habebat secum militem unum de Ruscîâ qui vocatur Sangor, qui fuit natione Comanus, sed nunc est christianus; ut alter Rutlienus ⁸ qui apud Bati noster fuit interpres, de terrâ Susdaliensi ⁹. Apud Imperatorem Tartarorum invenimus ducem Ieroslaum ¹⁰, qui mortuus est ibidem, et militem suum qui vocatur Temer, qui fuit interpres noster apud Cuinc-can ¹¹, imperatorem scilicet Tartarorum, tam in transla-

¹ Titre suppléé comme les trois précédents.

² *Res* dans le ms. de Pétau.

³ *Prope Bati*, qui se trouve intercalé ici dans le ms. de Pétau, est évidemment une inadvertance de copiste.

⁴ *Carbon* en cet endroit dans le ms. de Pétau, qui plus haut, cap. ult., § 1, n° 9, écrit *Carton*. Nous avons déjà exposé nos conjectures sur ce nom.

⁵ Les mots *in uxorem* manquent dans le ms. de Pétau, mais ils sont indispensables; ils se trouvent déjà au § 1, n° 9, à la première mention faite de ce prince.

⁶ *Centurio* dans le ms. de Pétau.

⁷ *Jerozlai* dans le ms. de Pétau.

⁸ *Rutenus* dans le ms. de Pétau.

⁹ *Soldaliensi* dans le ms. de Pétau; mais il est évident qu'il s'agit de la principauté de Souzdaï.

¹⁰ *Jonellum* dans le ms. de Pétau; mais les détails qui suivent, comparés à ce qui est dit ci-dessus, § 11, n° 9, nous permettent de reconnaître qu'il s'agit ici du grand-duc Jeroslaw, dont le nom se trouve ainsi étrangement défiguré.

¹¹ *Cuyue* dans le ms. de Pétau.

lione litterarum Imperatoris ad Dominum Papam, quàm in verbis dicendis et respondendis : ibi etiàm erat Dubarlaus, clericus ducis prædicti, Jacobus, Michael, et iterùm Jacobus, servientes ipsius. In reversione in terram Biserminorum, in civitate Lemfine¹ invenimus Ugneum, qui de mandato uxoris Ieroslai² et Bati ibat³ ad prædictum Ieroslaum⁴, et Cocteleban et omnem societatem ejus. Isti omnes reversi sunt in terram Susdalensium⁵ in Rusciâ; a quibus poterit⁶, si oportuerit, veritas inveniri. Apud Mauci⁷ invenerunt socios nostros qui remanserant dux Ieroslaus⁸ et societas ejus; etiàm quidam in Rusciâ Santopolicus⁹ nomine, et societas ejus. Et in exitu Comaniæ invenimus ducem Romanum qui intrabat ad Tartaros, et societatem ipsius; et ducem Aloha qui extat, et societatem ipsius. Nuncius etiàm Ducis de Cherneglove¹⁰ exivit nobiscum de Comaniâ, et diù per Rusciam venit nobiscum. Et omnes isti sunt duces Rutheni.

¹ *Lemfut, Lemfiuc ou Lemfine*; dans le ms. de Péttau; Bergeron a lu *Lemfiuc*. Nous ignorons quelle est la ville désignée ici sous ce nom.

² *Jerozlai* dans le ms. de Péttau.

³ *Ibant* dans le ms. de Péttau.

⁴ *Jerozlaum* dans le ms. de Péttau.

⁵ *Soldaaensium* dans le ms. de Péttau; mais il est évident qu'il ne peut être ici question que de la principauté russe de Souzdal, où régnait le grand-duc Jaroslaw.

⁶ Le ms. de Péttau porte ici *poterunt alias poterit*, mode de correction que nous avons déjà signalé.

⁷ *Moncy* en cet endroit dans le ms. de Péttau.

⁸ *Jerozlaus* dans le ms. de Péttau.

⁹ *Sanopolitus* dans le ms. de Péttau; mais, eu égard à l'indécision des formes du *t* et du *c*, nous préférons lire *Santopolicus* qui nous paraît reproduire le nom slave Swan-topolk.

¹⁰ *Gerneglorie* en cet endroit dans le ms. de Péttau, qui plus haut, chap. III, § 1, n° 3, écrit à l'ablatif *Cheraeglove*; nous avons déjà dit que ce nom nous paraissait se rapporter à la principauté russe de *Czernigow*. Bergeron a lu *Glogovie*.

II. Civitas omnis Kioviæ testis est; qui nobis dederunt conductum et equos usquè ad primam custodiam Tartarorum, et in reversione recepit nos cum conductu Tartarorum et equis eorum qui revertebantur ad ipsos; et omnes homines Rusciae per quos¹ nos transitum fecimus, qui receperunt litteras sigillatas Bati et mandatum quòd nobis equos et expensas præberent, quod si non facerent occiderentur ab eo. Insuper testes sunt mercatores Wratislaviæ² qui usquè in Kioviam³ venerunt nobiscum. et⁴ sciverunt quòd nos manus intravimus Tartarorum; et multi alii mercatores tam de Poloniâ quàm de Austriâ, qui venerunt in Kioviam⁵ postquàm ad Tartaros ieramus⁶. Sunt et testes mercatores de Constantinopoli⁷ qui per Tartaros in Rusciam venerunt, et erant in Kioviâ⁸ cùm de terrâ reversi fuimus Tartarorum; nomina autem mercatorum illorum sunt hæc : Michael Genuensis⁹ enim et Bartholomeus, Manuel Veneticus, Jacobus Reverius Acre¹⁰, Nicholaus Pisanus; isti sunt majores. Alii minores sunt Marcus¹¹, Henricus, Johannes Vasius, iterùm Henricus Bonadies, Petrus Paschami; alii plures fuerunt, sed eorum nomina nescimus.

¹ *Quod* dans le ms. de Pétau, où cependant il avait d'abord été écrit *quos*.

² *Wratislarue* dans le ms. de Pétau.

³ *Kyoviam* dans le ms. de Pétau.

⁴ *Et*, qui nous paraît ici nécessaire, manque dans le ms. de Pétau.

⁵ *Kioviam* dans le ms. de Pétau..

⁶ *Ieramus* dans le ms. de Pétau.

⁷ *Constantinopoli*, c'est-à-dire *Constantinopolim*, dans le ms. de Pétau.

⁸ *Kicama* dans le ms. de Pétau; mais le lieu dont il s'agit ici ne peut être douteux.

⁹ *Genasi* dans le ms. de Pétau; Bergeron a traduit Gènevois.

¹⁰ Peut-être faut-il lire *Acrensis*.

¹¹ *Marchus* dans le ms. de Pétau.

Epilogus de toto libello ¹.

Rogamus cunctos qui legunt prædicta, ut nichil immutent ² nec apponant; quia nos, omnia quæ vidimus, vel audivimus ab aliis quos credebamus fide dignos, sicut Dens testis est nichil scienter addentes, scripsimus præviâ ³ veritate. Sed quia illi per quos transitum fecimus, qui sunt in Poloniâ, Boemiâ et Teutoniâ, et in Leodio et Campaniâ, supra scriptam historiam ⁴ libenter habebant, idcirco ⁵ eam rescripserunt antequàm esset completa et etiâ plenè contracta, quia nondum tempus habueramus quietis ut eam possemus complere plenè. Ideò nemo miretur quòd in istâ plura sint ⁶ et meliùs correcta quàm sint in illâ; quoniâ istam, postquàm habuimus quaecunque ocium, correximus ad plenum, et perfecimus ⁷ illa quæ nondum erant completa ⁸.

EXPLICIT HISTORIA ⁹ MONGALORUM QUOS NOS TARTAROS APPELLAMUS.

¹ Nous avons encore suppléé ce titre, afin de séparer du chapitre précédent cet épilogue qui s'applique à tout l'ouvrage.

² *Immutant* dans le ms. de Pétau.

³ *Prævia* dans le ms. de Pétau.

⁴ *Hystoria* dans le ms. de Pétau.

⁵ *Idcirco* dans le ms. de Pétau.

⁶ *Sunt* dans le ms. de Pétau.

⁷ Le ms. de Pétau porte ici *perfectum sive perfectius*, témoignant ainsi de l'embaras du scribe à lire ce mot dans l'original qu'il copiait.

⁸ *3pelta* dans le ms. de Pétau.

⁹ *Hystoria* dans le ms. de Pétau.